Quelle: http://manuscripta.at/?ID=917
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



restituta est. Et adducunt
eum ad eum: et rogabant
eum ut illum tangeret. Et
apprehensa manu eius e-
duxit eum extra vicum.
et expuens in oculos eius
impositis manibus suis
interrogavit eum si ali-
quid videret. Et aspiciens
ait. Video homines velut
arbores ambulantes.
Deinde iterum imposuit
manus super oculos eius.
et cepit videre. Et resti-
tutus est: ita ut videret
clare omnia. Et misit
illum in domum suam
dicens. Vade in domum
tuam. Et si in vicum
introieris nemini dixeris.

Dominica xvi. ad Ephesios.

Fratres. Obsecro vos
ego vinctus in do-
mino: ut digne am-
buletis vocatione qua
vocati estis in omni
humilitate et mansuetu-
dine: cum patientia sus-
portantes invicem in ca-
ritate: solliciti servare
unitatem spiritus in vinculo
pacis: unum corpus
et unus spiritus sicut vo-
cati estis in una spe vo-
cationis vestre. Unus dominus:
una fides: unum baptis-
ma. Unus deus et pater
omnium qui super omnes
et per omnia et in omnibus
nobis qui est benedictus
in secula seculorum amen.

In illo tempore. secundum lucam

Cum intraret ihesus in
domum cuiusdam principis
phariseorum sabbato man-
ducare panem: et ipsi
observabant eum. Et
ecce homo quidam hydro-
picus erat ante illum.
Et respondens ihesus dixit
ad legis peritos et phari-
seos dicens. Si licet sabba-
to curare? At illi tace-
runt. Ipse vero apprehen-